



4115

L 225,



L. Schmidt



כשש
הפעלים
שלמדריהם היא וזה

i. e.

DE VERBIS
TERTIÆ ה QVIE-
SCENTIS,

Quorum

Anomaliam scientifice demonstratam,

Benevolo Ampl. Fac. Philosoph. consensu,
placido Eruditorum exāmini

Sub

PRÆSIDIO

M. LUDOV. CHRISTOPH. BLOSSII,

Rud. Thur,

exhibet

A.&R.

CHRISTOPHOR. EBERHARD,

Isleb. Sax. SS. Th. Stud.

d. XXIX Octobr. MDCIC.

H. L. Q. C.

L I P S I Æ,

Literis ZEIDLERIANIS.

VIRO
MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO
ATQVE AMPLISSIMO,
DOMINO,
DN. JOH. ANDREÆ
DANTZIO,
L.L.O.O. In' Academia Jenensi Prof.
Publ. longe celeberrimo,
PATRONO ET PRÆCEPTORI

ad cineres usque summa cum observantia
colendo, suspiciendo

*Hæc Academia primicias in gratiæ
animi tesseram*

D.D.D.

AUTOR.



כעה

Nulli lingue plura affinguntur anomala, quam Hebraice, cujus tamen etymologia melioribus nititur fundamentis, quam reliquarum omnium. Ipsam enim Anomaliam difficillimam verborum לל, a plerisque anomalice satis pertractatam, solidis demonstrare poteris rationibus, si principia, in Cap. I. hic explicata, nobiscum in Cap. II. applicueris.

Sect. I. Cap. I. De Literis.

Hebraei habent literas viginti duas.

Voces enim cum debeant esse signa rerum, ad tot efficiendas voces, quot res existunt, plures utique requiruntur literae. Hebraeorum autem literae viginti duae, quarum numerum in primis Psal. 119. evincit, ad omnium rerum, quotquot in natura existunt, efformanda nomina satis superque sufficiunt. Quod, si instituti nostri ratio id permetteret, facile ex arte combinatoria ostendi posset. Vid. interim Knitt. in via Reg. Parte II. Art. ult. & ab ipso citatum Guld. L. 4. de centro gravit. c. 5. ubi demonstrat tot esse combinationes atque permutationes literarum XXIII. ut tot codices ex ipsis essent prodituri, quos orbis terraqueus totus non caperet &c.

§. II. Hebraeorum literae ratione *organorum*, quibus potissimum efferuntur, distingui solent in Gutturales, Linguales, Palatinas, Dentales, & Labiales.

Frustraneum enim foret ad plures efferendas voces tot literas excogitasse, nisi varia inter se discernerentur pronunciatione. Quare

A 2

præter

præter pulmones, commune organon pronunciatorium, aliis atque aliis literis, alia atque alia destinata sunt organa, quibus potissimum enuncientur, ut diversos inter se edant sonos. Præcipue igitur (1) in *Gutturæ* formantur literæ עההא, *Gutturales* ideo dictæ. Quæ etiam de causa tardioris sunt pronunciationis atque difficilioris, quam reliquæ omnes, quia ex infimo pronunciationis organo magno cum molimine sunt protrahendæ. (2.) Faciliores sunt רטלנת, quas proximo organo; nempe *lingua*, eloquimur. (3.) Has sequuntur Palatinæ נכך, quæ scilicet ad *palatum* protruso efferuntur. (4.) Palatum excipiunt *dentes*, unde *Dentales*, quæ dentibus anterioribus lingua pulsatis, pronunciantur, suntque זסצרש. (5.) Ultimæ sunt *Labiales*. בוטה, quæ *labiis* compressis pronunciantur, os omnium maxime contrahunt, quod præcedentes magis magisque aperiunt, donec *Gutturales* istud omnium maxime extendant.

§. III. Literæ ejusdem organi subdistingui possunt, in *Leniores* atque *Graviores*.

Plures enim ejusdem organi sunt literæ, quare ut & ipsæ secerni queant auditu, quædam pronunciantur lenius, quædam gravius. e. g. inter *Gutturales*, (ut eas cum *Martinio* distinguit *Buxt. in Th. Gr. p. m. 8.*) lenes sunt נה, dense autem & graves, עה. Nam נ simplicem saltem habet aspirationem, quam geminatam continet ה; duplicem autem עה aspirationem postulat ה & hujus duplicatam requirit ו. v. *Exc. Dantz. in L. E. §. 2. & Cl. Ludov. p. 1. G. E.* Errarunt igitur *Happelius* in *Canon. Gram. p. 22. & 30.* aliive, qui literas נ & ו ἀφώνως esse docent. De facto enim inquit *Pseif. in Meth. Ebr. §. 5.* נ apud nos semper quiescit, quod ideo factum esse puto, quia lenissima & vix sensibilis עה נ aspiratio facile absorberi potuit; ו vero ideo non pronunciamus, quia genuinum ejus sonum, tanquam difficillimum, efformare ignoramus, prout ipsi fatentur *Judæi*, quos citatos vid. ap. *Dantz. in Lit. Ebr. Chald. p. 6. quod idem cum Drusio docet Wasm. p. 1. Pseif. in Introd. in orient. p. 53. &c.* Graviores inter Palatinas כך, leniores גי; leniores autem inter labiales בר, Graviores מם &c.

§. IV. Hebræi literas suas etiam dividunt ratione soni in *mobiles* & *quiescentes*.

Mobiles dicuntur, quæ ope vocalis sonum ubivis edunt, suntque omnes, exceptis אהי; *Quiescentes* vero sunt, quæ interdum vocalem suam abjiciunt, & ideo nequeunt pronunciarum; *Consonantes* quidem natura sua sunt *Quiescentes* ad unam omnes & absque vocali irritum saltem

tem

tem affectant sonum; verum vocali animata sonum edunt sensibilem. Animantur autem vel vocali propria, vel per Schva ad sequentis aut præcedentis literæ vocalem adstringuntur, per ipsam pronunciandæ. Quoties vero ויהו, (quæ juxta §. præced. jam dum pronunciati sunt leniores, ideoque auditu non adeo sensibiles,) per Schva quiescens ad præced. vocalem sono cognatam restringuntur, vix aut ne vix quidem percipi possunt, quare sub eadem potius latitant, i.e. Schva, signo motionis abjecto, quiescunt. (1.) א autem ob vix sensibilem suam aspirationem ubique ferme quiescit. (2.) ה e contrario, quia graviori effertur aspiratione, in fine saltem quiescere solet, præmissis potissimum vocalibus cognatis: quiescit enim communiter in (-) tanquam in vocali maxime homogenea, uti apparet ex communi fœmininorum terminat. ה, ex 3. pers. f. g. f. n. omnium præteritorum, ex 2. & 3. pers. f. g. omnium Fut. & Imp. pl. Num. it. ex ה Parag. atque Præteritis verborum ה, aliisque vocibus quam plurimis. Sæpe etiam quiescit in (..) & (..) tanquam vocalibus cognatis, e. g. in Fut. Imp. & Part. verborum ה it. in quibusdam Nominibus atque Partic. In reliquis vero vocalibus ה rarius deprehenditur quiescens; vix unquam autem sub Schureck, tanquam vocali maxime heterogenea. Reliquæ duæ י & י quiescunt ordinarie in præcedentibus vocalibus homogenis, aut cognatis. Quæ vero cujusvis literæ vocales cognatæ sint atque homogeneæ. v. §. II. seq. Sect. Exempla autem literarum quiescentium ubivis sunt obvia.

§. V. Porro literæ ratione *originis* vel sunt Radicales vel Serviles.

Hebræorum literæ viginti duæ in duas æquales secernuntur partes (ut observ. Alst. in sua Encyc. Gram. H. c. 1.) quarum undecim sunt Radicales, quæ nunquam serviunt, & totidem Serviles, quæ nonnunquam servire possunt, quæque continentur in tribus hisce nominibus propriis משה וכלב איתו. Rationes harum vocum, ut & alia, quibus comprehenduntur, vocabula technica v. ap. Dantz. in L. E. p. 372 & Alst. l. c.

§. VI. Literarum Servilium quædam vocantur essentiales, quædam extraessentiales. Essentiales sunt, quæ vocis derivatæ essentialiam ingrediuntur, ut sunt literæ Characteristicæ Generis, Numeri, Temporis & Conj.

Ab una radice cum plures formari debeant voces, vel ad diversas plane orationis partes referendæ, vel ad minimum Genere & Num. aut Tempore & Conj. &c. inter se distinguendæ, characteres utique radicalibus

libus literis addi debent, qui cum ipsis novas voces constituent & constitutas ab aliis distinguant. Præter puncta autem loco characterum adhibentur etiam quædam literæ a Grammaticis vocabulo **האמנות** communiter inclusæ. Quæ literæ in Verbis constituunt Conjugationes, Tempora, Numeros, Personas, harumque genera; & ex verbis faciunt nomina, inque ipsis formant Genera & Numeros. e. g. Literæ Characteristicæ Fœm. G. sunt **ה** & **ת**, quas si masculino addideris, habebis Fœm. e. g. **עברי** Ebræus **עברית** & **עבריה** Ebræa.

§. VII. Extraessentiales, quæ voci constitutæ superadduntur, aut sunt negotiosæ, (ut: **משה וכלב**) aut otiosæ, i. e. vocabulo additæ, aut novam ipsi superaddunt significationem, aut nullam.

Hebraica enim lingua ceu prima, ideoque simplicissima, articulos, ut & particulas communiore per literas saltem exprimit, cum voce, cui adduntur, coalescentes. e. g. ET exprimit per **ו**, ut: **וְאָכַלְתָּ** & comedisti. De hoc **ו** notetur quod præter suam consignificationem, Præterita etiam in Fut. & Fut. in Præterita convertere possit. Quare **ו** conversum, ut facilius discerni queat a nude consignificativo, ordinariam toni sedem plerumque mutat, prout docet *R. El. Lev. Orat. 1. Fund. IV. §. 8. Et Dantz. in L. E. p. 462.* In Præteritis enim ex penultima accentum dejicit in ultimam, ut **וְאָכַלְתָּ** Gen. 3. 18. in Fut. e contrario ex ultima ad penultimam retrahit. e. g. **וְיָאָמַר** Gen. 1. 3. ex **יָאָמַר** Otiosis vero literis Ebræi utuntur ad figuræ Etymologicas, quas etiam usurpant; applicandas. e. g. Paragogen formant **אֱדוּוּנָה**. Ubi observa quod tres priores diversis orationis partibus addantur; **ו** vero solum nominibus, **ת** atque **ו** tantum verbis, & hoc quidem, *observv. Wasm. & Opit. R. XVI. M. V.* communiter Futuris, istud autem semper Infinitivis. Exempla v. ap. modo cit. *Aut. & ap. Dantz. in L. E. c. 8.*

§. VIII. Reliqua, quæ circa literas sunt observanda prætermittere debemus, quia ad nostrum scopum non spectant. Sequentes vero adhuc annotandæ sunt Regulæ, ex præmissis fluentes.

R. I. Literæ unius organi facile inter se alternant.

Ob mutuam sc. quam inter se habent, soni affinitatem juxta §. II. hujus Sect.

R. II.

R. II. Literæ quiescentes non solum inter se possunt alternare, sed etiam transponi, imo plane omitti.

Alternant atque *transponuntur* ob mutuam, quæ ipsas intercedit, convenientiam; præsertim si evitandum confusionis periculum, aut melior Euphonia id suadeat. e.g. Literæ præformativæ Fut. ex Pronom. pers. separatis desumuntur; verum pro tertia pers. masc. ex Pron. \aleph nullam assumere potes; nisi cum periculo confusionis: Si enim \aleph applicueris 3 Fut. Niph. & Hithp. &c. cum Infinit & Imperat. earundem conjugg. confundes. Si \aleph assumpseris multi Impp. & Inff. \aleph consignificativum habentes, a Fut. discerni non poterunt. e. g. in Kal. Piel. Pyal. Nec \aleph tibi procedet, quia jamdum est litera Character. primæ pers. Ergo pro ipsis, quia sunt Literæ quiescentes, alternat \aleph , alia litera quiescens. *Omitti* autem possunt quiescentes, quia jamdum aut vix, aut prorsus non audiuntur. (juxta §. IV. hujus Sect.) exempla apud Gramat. sunt obvia.

R. III. Literæ serviles ejusdem officii commutari possunt.

Quales \aleph & η , quatenus sunt literæ Characteristicæ foem. G. (v. §. VI. præc.) ideoque necessitate urgente, commutari possunt, cum officii dignitate sint pares, e. g. in \aleph finale quiescit; accedente vero suffixo, amplius quiescere nequit, quia in fine amplius non existit. (v. §. VI. 2.) nec tamen \aleph abjici debet, cum sit Character foem. G. quare cum η , ejusdem G. Character, permutatur, unde \aleph latitia mea. Psal. 137. 6. & hæc est ratio cur in st. suff. & constr. \aleph mutetur in η .

R. IV. Litera mobilis ad suam prononciationem absolvendam requirit unam temporis moram, quiescens vero nullam.

Prononciantur enim literæ mobiles atque audiuntur, nulla autem prononciatio, nullaque auditio institui potest, nisi moto aëre. Quia vero aër est corpus, quod ad suum motum requirit temporis spatium, sequitur, quod prononciatio atque auditio literæ mobilis sine certa temporis particula absolvi nequeat. Imo cum omnis motus sit in tempore, litera mobilis procul dubio etiam in tempore erit, nisi mobile sine motu concipere velles, quod esset contradictio. Nec valet objectio: In Consonantibus prononciandis non commorari possumus, ut in vocalibus, quia tonus ad istas allisus, abrumpitur; ergo ipsis non

com-

competit mora. Sub voce enim mora non intelligimus commorationem seu extensionem pronunciationis, quæ solis vocalibus, quam non semper, competere potest; sed certam temporis particulam, in omni literæ mobilis pronunciatione, ut supra ostendimus, consumendam: Quia enim istam nec primis scrupulis, nec secundis, aut tertiis &c. emetiri valemus, eandem generali soni nomine designamus. Sed instas forsitan. Consonans pronunciare nequit, quare nec moram constituit. R. Non loquimur de consonis, in se consideratis, quatenus sunt quasi mortuæ & moveri nequeunt; sed quatenus [vocali], immediate sequente aut præcedente, animantur & pronunciantur. Quare nec (1.) istis consonantibus, quæ non immediate vocali propria animantur, distinctam moram attribuimus e.g. פסל Exod. 34.1. ubi פ, quia non habet perfectam atque propriam vocalem; nullam absolvit moram, sed per vinculum schva cum sequente litera in unam quasi compositam coalescens, (qualis ap. Græc. ψ) cum ipsa simul integram absolvit moram. Quare nec (2.) Quiescentibus ullam concedimus moram, quia non pronunciantur, idque propter aer non movetur, a cuius tamen motu, per propriam vocalem facto, literis mobilibus moram vindicavimus.

Sect. II. De Vocalibus.

Consonantes frustraneum moliuntur sonum, ut in præced. sect. audivisti, nisi adjuventur vocalibus. Quare ne & nos frustraneum moliamur laborem, de istis etiam post Consonantes agendum esse duximus.

§. II Vocales sonum edunt perpetuo sine ope alterius.

In hoc enim differunt à Consonantibus, quippe quæ vel nullum, vel ope saltem alterius, sonum edunt. Quare etiam vocales à voce s. sono nomen sunt adeptæ, & Hebræis quoque dicuntur קולות voces, item תנועות motiones ut Kimobi scribit, in Michlol. f. 168. col. 2. Non potest homo movere litteram, מכלי ה' התנועות sine quibus istis motionibus i. e. A. E. I. O. U. imo, docente Prisciano lib. 1. de litera, inter vocales & consonantes tantum interest, quantum inter animas & corpora. Quod etiam R. S. Arcuvolt in sua Gram. quam vocat ערות, תבש

הַנְּקוּדוֹת, הֵן לְדַמּוֹן רַחֵם אֶל הַאֲתוּוֹת: *docet*: **הַנְּשֵׁי**
i. e. *vocales se habent ad literas, instar spiritus; uti ipsum cum pluribus
aliis citat Leusd. in pref. B. H. non punct. Es. 1694. edit. Quorum et-
iam plures citatos leges in Buxtorf. Tr. de punct. p. 203. & in Wasm. Vind.
H. P. I. c. 1. §. 4. Sed quid opus est verbis, cum rei ipsius testimonium adsit?*

§. III. **Quinque dantur vocalium classes.**

Magna enim daretur Cacophonia, si consonantes omnes uno eodemque vocalis sono essent efferendæ. Vocales igitur æque ac consonantes *juxta §. II. Sect. I.* ex diverso pronunciandi modo in quinque dividuntur classes, saltem quod divisio hic paululum alio nitatur fundamento: Non enim ex diversis organis, sed ex diversa apertura atq; contractione labiorum provenit, quæ tamen etiam solet contingere in Consonantibus. (*ut in cit. §. II. Sect. I. sub finem observavimus.*) Labia enim ceu valvulæ aerem intra os collectum, & ad distinctos vocalium sonos formandos erupturum, moderantur, ita, ut pro capacitate concessi meatus nunc crassius sonant, nunc lenius. Labia autem omnium maxime aperit vocalis A. quæ postmodum sequentes E. I. O. U. magis magisque contrahunt, si naturalem ipsis concedas motum. Ex qua diversa oris diductione quintuplici, cum quinque diversi, simplices, atque articulati soni prodeant, quinquenarium vocalium numerum recte exinde deducit *Danz. p. 40.* Hinc etiam demonstrantur vocales, quæ Consonantibus sint homogeneæ aut vicinæ. Gutturalibus enim, quæ sunt in prima literarum classe, competunt (⊕) & (⊖) vocales primæ clas-
sis: Nam utrobique os aperitur maxime. Quemadmodum è
contrario ultimæ clas-
sis consonantibus i. e. Labialibus, competunt
ultimæ vocales ⊕ & ⊖ quia utraq; os maxime contrahunt &c.

§. IV. **Quæque clas-
sis habet duas vocales, unam bre-
vem, unamque homogeneam longam.**

Utique ex breviori atque longiori temporis mora, vocalibus efferendis impendenda, hæc divisio habet originem (*v. R. 2. buj Sect.* Formantur autem vocales longæ vel ex combinatione brevium, vel compendii & confusionis evitandæ gratia, ex brevi & Consonante homogenea, in sustentaculum assumpta. 1. Kametz (⊕) conflatur ex duplici Patach, transverso sc. atque pendulo. 2. Zere (⊖) derivari potest ex geminato Sægol (⊖⊖) tribus cujusvis Sægol punctis, compendii ergo, in unum coalescentibus: majus enim spatium vocalis alias consumeret, quam quod Consonantes, (in primis כִּי) implere possent, non sine levi scripturæ dedecore. Aut melius formationem זֵר (⊖) derivare po-
teris

teris ex geminato Chirek parvo (·). Nam (·) olim in Syllaba compo-
 ta, quam proprie occupat, aliquid admixti habuit ex sono ך (E) qui so-
 nus etiam sæpius prævaluisse videtur e.g. מַתְּתִיךָ מַתְּתִיךָ Matth. 1. 23. pronun-
 ciatum legimus Ἐμμανὴλ, יְיָ יֵשׁוּעַ & מַתְּתִיךָ isϕθάε Ebr. XI. 32.
 Nam ex sequente Consonante , cum qua Chirek parvum in Syllaba
 composita semper est pronuntiandum, aliquid impuri redundat in cla-
 ram ך Chirek sonum, ut ferme accedat ad tonum (E). Hinc etiam Chi-
 rek, in oppositam longam mutandum ordinarie transit in (..); & (..) ob
 Dagesch sequens in brevem si mutari debeat, plerumque in Chirek
 parvum, vocalem quasi cognatam. Ad constituendas reliquas voca-
 les assumuntur ך & ך, consonæ leniores (*juxta* §. III. Sect. I.) ideoque
 facile in vocales liquescentes; ut etiam ex Germ. Lat. Græc. LL. patet:
 Nempe (3) Chirek magnum (ך) fit ex Chirek parvo (·), assumpta con-
 sonante homogenea, quæ est (ך) *juxta* §. III. h. S. Nam si Chirek par-
 vum geminare velles, confunderetur cum (..) (4.) Cholem & (5.) Schu-
 rek Consonam accipiunt cognatam ך, & loco vocalis, compendii ergo,
 assumunt unum punctum, quod, differentia gratia, Cholem in capite,
 & Schurek in ventre gerit. Prolixe atque egregie de hac re differen-
 tem *vid. sæpius cit. Grammaticum celeberrimum J. A. Danz. in E. L.*
p. 44. seqq.

§. V. Vocales amplius discerni solent in puras & impuras.

Metaphora desumpta est a rebus liquidis e.g. vino, quod impu-
 rum vocamus, quando ipsi liquor heterogeneus, ut aqua, immixtus est:
 ita etiam vocales audiunt impuræ, quæ præter vocale suum in se con-
 tinent (1.) exclusum Dagesch (2.) literam actu quiescentem (3.) lite-
 ram Schva quiescente notatam; tunc enim vocalis ex tono sequentis
 literæ Schvatæ, quam simul animare debet, aliquid impuritatis attrahit,
 uti demonstravimus *in* §. *preced.* de sono ך Chirek parvi.

§. VI. Ex hisce fluunt sequentes regulæ:

R. I. Vocales sese accommodent literis.

Notum est ex §. §. II. & III. hujus Sectionis, quod vocales animent
 consonas, quare æquum est, ut istas sonis animent homogeneis, quo pro-
 nunciatio evadat facilior, e.g. Literæ Gutturales, quæ labia aperiunt
 maxime, (v. §. II. S. I.) commode pronuciari nequeunt cum vocali-
 bus ultimæ clasfis ך & ך, quæ, labia maxime contrahunt; (v. §. III. h. S.)
 Sed melius efferri possunt, cum vocalibus primi ordinis (ך) & (ך) quæ
 labia etiam maxime extendunt; hinc quoque Secunda & Tert. Radicalis
 verbb. si gutturalis est, pro heterogenea vocali quacunque, nisi sit
 chara-

characteristica numeri aut personæ, assumunt homogencam (-) e.g. Levit. 16. 32. מִשְׁפָּחַי pro מִשְׁפָּחַי.

R. II. Pronunciatio vocalis parvæ unam, pronunciatio autem vocalis longæ, duas consumit temporis moras: Schva nullam.

Vocalium equidem sonus extendi potest quam maxime, nisi interrumpatur; verum quia vocalis parva, (ut audiemus infra Sect. III. R. II.) ordinarie existit in syllaba composita, in qua ultimum sonat consonans, sonus ipsius, in consonanti sequente allidens, interrumpitur illico, ut unam saltem consumat moram; Vocalis è contrario longa, longius sonare potest, quia ordinarie syllabam occupat simplicem, ubi nulla vocalem subsequitur consona, tonum ejus impediens: quare etiam duas ipsi attribuimus moras, præsertim cum vel ex duabus vocalibus parvis, aut una parva, unaque consonante sit composita (juxta §. II. hujus S.) quippe quæ partes componentes duas constituunt moras. Schva autem sibi nullam arrogare potest moram, cum non sit vocalis propria, ob deficientes conditiones, quæ vocali competunt. Est enim saltem vinculum literarum, ut Dagesch. Quare etiam, uti vocales ab Hebræis vocantur מְלָכִים reges, quia literas regunt; ita Schva è contrario dicitur עֶבֶר עֲבָדֵי servus servorum, quia literis saltem servit: idque propter à B. Scherzero lepide vocatur Papa Grammaticus observ. Pfeiff. in Intr. in Or. p. 65. Imo quanquam τὸ Schva, præsertim composito, aliquid moræ concedamus, raptissime tamen consensu omnium Grammaticorum pronunciandum est, ad eò, ut respectu reliquarum morarum vel quarta saltem pars moræ integræ Schva simplici competat; compositæ autem dimidium. Plura de hac controversia & multos in diversas partes add. Aut. v. apud Pfeiff. c. l. quia allegandis autoribus destinata brevis non sufficit.

R. III. Vocales ejusdem aut vicini soni inter se alternant.

Quemadmodum enim consonantes ejusdem organi, ita etiam vocales ejusdem clasfis, aut quæ vicini ad minimum sunt toni, ob mutuam soni affinitatem commutari possunt.

R. IV. Punctum verò alternans assumit naturam ejus, pro quo alternat.

Quemadmodum enim Legatus ejus induit personam, quem representat, ita & vocalis e. g. brevis alternans pro longa ejus naturam induit. E. g. נִשְׁפָּחַי Ez. XXIII. 37. pro נִשְׁפָּחַי. Sed caveas, ne mutationem confundas cum alternatione.

Sect. III. De Syllabis.

§. I.

Consideratis partibus, quæ syllabam constituunt, nunc Syllabam ipsam considerandam aggredimur, quæ, *do- cente Prisciano de Syllab.* nihil est aliud, quam collectio Li- terarum.

Descendit enim, uti Wellerus in Gr. Græc. c. II. observa- vit, ἀπὸ τῆς συλλαμβάνει a comprehensione literarum. Potis- simum autem apud Hebræos hæc definitio locum obtinet, quippe apud quos nunquam una vocalis absolvit Syllabam, ut apud gentes alias; neque a vocali ulla inchoatur.

§. II. Dividitur in simplicem & compositam. *Hæc est,* quæ ab utroque vocalis suæ latere Consonis mobilibus stipa- tur, sive componitur, *Ista,* quæ saltem a priori consonantes mo- biles habet.

Syllabæ alias respectu literarum & vocalium (*ut in præced. §. do- cuimus*) compositæ sunt omnes, & simplex nulla. Verum divisionis hujus fundamentum alia nititur compositione. Nos enim intelli- gimus eam, quæ fluit ex diversa *mora* Consonantium, ita cum vocali com- positarum, ut ipsa locum obtineat medium.

Reg. I. Hebræi concursum vocalium tolerare nequeunt.

Fluit hæc reg. ex §. I. b. S. ubi docuimus quod nulla Syllaba in He- braicis vocibus una vocali absolvatur, aut a vocali incipiat; ubicunque enim datur concursus duarum vocalium, duæ Syllabæ adesse debent, quarum posterior a vocali inchoetur, prior in eam desinat. Verum quemadmodum Græca Lingua duriolem hanc vocalium collisionem tolerare sæpe nequit, ita Hebraica eandem prorsus abolere studet, *Euphoniæ* amantissima: Quare aut alterutram vocalem abjicit, ut: **עֲבָרִי** pro **עֲבָרִי** aut literam mobilem interponit, e. g. ab **עֲבָרִי** *Ebraeus*, formaturus foem. addere debes **ה** (*juxta §. 6. S. 1*) sed quia duæ ita colliderent Vocales, Jod per Dagesch movetur, unde **עֲבָרִי** *Ebraea*.

R. II. Omnis Syllaba pronuncianda tres postulat moras.

Vocalibus enim & literis competunt moræ, quare & Syllabis, quæ ex ipsis componuntur; & quia vocalis longa (*jx. R. II. S. præc*) duas tem- poris moras consumit, Syllaba utique plures, nempe tres, postulat. Tot enim moras in qualibet Syllaba deprehendes ordinarie, sive sim- plex.

plex sit, five composita. E. g. in \aleph prima Syllaba est simplex, (*v. S. II. b. S.*) ubi consonans mobilis \aleph unam absolvit moram, cui vocalis longa duas addit. In altera Syllaba, quæ est composita, \aleph unam, ($\bar{}$) vocalis brevis alteram, & immediate subsequens litera mobilis tertiam constituit. (*v. S. II. R. 2. & S. I. R. 4.*) Quare etiam ordinarie in Syllabam simplicem, ubi respectu Consonantium duæ semper adsunt moræ, vocalis brevis incidit, quæ tertiam efficit; & Syllabam e contrario compositam, ubi respectu consonantis saltem una datur mora, vocalis longa occupat, quæ duas adhuc deficientes supplet. Hæcque regula, legitime limitata, nullam admittit exceptionem.

R. III. Verum in Syllaba, ubi tonus adest, plures & pauciores moræ respectu vocalium & consonantium dari possunt.

Si enim in pronuntiatione singularum Syllabarum unum idemque temporis spatium consumeretur, insignis sane Cacophonia evaderet ex continuo & æquali sono. Quare Ebraei, ut reliqui populi, unam ex distincta quavis voce Syllabam elegerunt, præ reliquis tono elevandam. Nihil igitur impedit, quin ista Syllaba ex quantitate vocalis & Consonantium pluribus constet moris: Nam tempus ipsi pronuntiandæ sufficit, cum Syllaba propter tonum jam tum ultra tres moras extendatur. Imo Syllaba tono affecta, duas etiam saltem moras respectu vocalis & consonantis potest admittere, quia tonus eandem ultra tres moras extollit.

Sect. IV. De Mutat. Punct.

§. I.

CONSIDERATIS literis, vocalibus atque Syllabis, nobis omnino adhuc doctrina de mutatione punctorum, quæ in ipsis vocibus solet contingere, addenda est. Multi eam prolixè & intricate proponunt, quæ tamen breviter & distincte demonstrari potest. Tribus enim potissimum hypothsibus nititur, ut *Celeberr. Danz. in L. E. p. 143. & 144. ostendit.*

§. II. Hypoth. I. Quoties vocalis non existit in Syllaba sibi competente, toties mutanda est, nisi sustentetur accentu, sive Tonico sive Euphonico.

Fluunt hæc ex præc. Sect. firmis Regg. II. & III. ubi demonstravimus, quod, absente tono, vocalis longa semper in Syllaba simplici,

B 3

brevis

brevis autem in composita occurrat. Nam si Vocalis longa Syllabam occuparet compositam, plures in ipsa concurrerent moræ, sive tempora, quam uno halitu commode efferri possent; sin autem brevis occurreret in simplici, moræ non sufficerent constituendæ Syllabæ perfectæ, nisi accentu pronunciationem utrobique adjuvante. Hinc vocalis longa mutatur in brevem, & brevis in longam, aut in Schva, aut per Dagesch forte ipsi acquiritur competens Syllaba, nempe composita.

§. III. *Hypoth. II.* Voce a fine crescente, & tono ad incrementum descendente, danda est opera, ut vox ad pauciores reducatur Syllabas.

Hebraica enim Lingua, ceu primigenia ideoque simplicissima, non amat voces longiores, istas autem melius contrahere haud poteris, quam vocalibus in (:) mutatis: tot enim vox retinet Syllabas, quot vocales. Ad quod accedit, quod longioribus vocalibus, tono descendente, longius ab accentu rejectis, debita vix amplius constet mora, quia pronuncians communiter festinat ad Syllabam tono affectam, quapropter in Schva mutari malunt.

§. IV. *Hypoth. III.* Talis ex mutatione proveniat vocalis, quæ per sonum edat indicium primæ originis.

Duæ priores hypotheses docuerunt mutationis necessitatem, hæc qualitatem: quæ vult ut prioris vocalis origo indicetur per sonum cognatum aut affinem, e.g. מַרְאֵה mare a מַרְאֵה voce crescente, ob R. h. S. III. Dagesch assumit in suum מַרְאֵה hinc esset מַרְאֵה . Vero juxt. hyp. I. (τ) in Syllaba compos. tono destituta subsistere nequit, hinc mutanda in brevem; sed in qualem? in (τ) sono cognatum, ut Gen. i. 10. מַרְאֵה . It. quando juxta hypoth. II. duæ vocales in Schvaim mutantur, & horum prius (juxta R. seq. IV.) elevari debet in vocalem, respiciendum est ad ejus originem. e.g. Es. 52. 20. קָרַשׁ ex קָרַשׁ . Quando vero Schva prius est primitivum, respicitur interdum ad posterioris originem, ut ex קָרַשׁ fit קָרַשׁ &c.

§. V. Cæterum, ut in mutatione feliciter opereris, præter alias, quæ ad nostrum scopum non spectant, sequentes observa Regulas.

R. I. Quando in voce præter vocales, etiam literæ sunt mutandæ, a literis fit initium.

Quia propter literam vocalis adest, imo ipsam, jam dum constitutam, sese demum accommodare potest (juxta R. I. §. VI. S. II.)

R. II.

R. II. Quando litera abjicitur, punctum ejus remanet, & rejicitur in locum præcedentis, quod perit.

Remanet punctum, ut remaneat quoddam literæ indicium, sed manere non posset, nisi præcedens interiret, quia alias fieret concursus vocalium, quem Ebraei non admittunt. ut סֵבֶב a סֵבֶב.

R. III. Nihil autem facile abjicitur quod non compensetur.

Partim ut vocis indicetur origo; partim ut integritas Syllabæ, quæ moram amittit, restituatur. Propter Hyp. I. & præc. S. R. II. Quare tanta semper ubique instituitur compensatio, quanta fuit abjectio e.g. (1) abjectam literam mobilem compensant per Dagesch F. quippe quod, cum nihil sit aliud quam geminata litera, moram pereuntis consonæ æqualiter compensat (2.) quiescentem compensat vocalis longa, in quam præcedens brevis est mutanda. Dum enim litera desinit moveri, una perit mora, (v. S. I. R. II. explic. n. 2.) quæ restituatur, si præcedens vocalis brevis unius moræ mutetur in longam, quæ duas valet. Quare recte docuit Munst. (in Instit. Hebr. L. c. 2.) quanquam rationem ignoraverit, quod *literæ quiescentes nunquam veniant post voces (i. e. vocales) parvas excepto (·);* verum hoc (·) ordinarie habebit accentum, defectum moræ compensans. (3) Dagesch compensatur vel per Metegh, vel per vocalem longam, ob eandem sc. rationem &c.

R. IV. Quando duo Schvajim concurrunt, quæ ad eandem pertinent Syllabam prius mutatur in perfectam vocalem brevem.

Quia neutrum ex duobus Schvajim, etiamsi quoddam sit compositum, sufficienter suam literam animare potest (v. R. II. S. II.) quare tres semper pronunciandæ essent consonæ sine intercedente vocali, quarum pronunciationem, etiamsi guttura frangas, distincte perficere non poteris. Aliam adhuc rationem suppeditat *Celeberr. Danz. p. 198. in L. E.* nempe quod prius nec mobile sit nec quiescens, ideoque subsistere nequeat. *Choh. le. foret ab initio p. ut post vocalem longam quiescent ante alium cherev.*

R. V. Accentus Domini vocales breves mutare possunt in longas.

Ob majorem, quam constituunt pausam; quare quo major est Accentus, eo frequentius vocales breves in longas commutat. Plura quæ huc referri possent, quia nobis vel nullum vel exiguum præstant usum, prætermittimus.

CAP.

CAP. II.

De Anomalia Verbi לה.

P Rincipiis sufficienter explicatis, ad ipsam לה Anomalam, ex istis demonstrandam, progredimur. Tribus autem modis Anomalia ipsi solet contingere, (1) voce a fine non crescente (2) voce a fine crescente, (3) ob causam extrinsecus accedentem, nempe ob ו conversivum, & אל. De quibus singulis in Sect. seqq.

Sect. I. De Anomalia tertiæ Rad. ה, voce a fine non crescente.

§. I. Voce a fine non crescente, i. omnia præterita exeunt in ה e.g. Kal. גלה Es. V. 13. in Niph. נגלה Jer. XXXVII. 12. in Pih. גלה Lev. XX. 11. in Pyal. גלה Nah. II. 8. in Hiph. הגלה Esth. II. 6. in Hoph. הגלה ibid. in Hithp. התענה 1. Reg. II. 26.

2. Futura & Participia in ה cum (ו) e.g. in Kal. יגלה Amos V. 5. Niph. יגלה 1. Sam. III. 7. Pih. גלה Hof. II. 12. Pyal. יכסה Ecclef. VI. 4. Hiph. יכסה Exod. XXI. 20. Hithp. יתרצה 1. Sam. XXIX. 4. Part. Kal גילה 2. Sam. XV. 19. Niph. נענה Es. LIII. 7. Pih. מגלה Prox. XI. 13. Pyal. מענה Jer. LIII. 4. Hiph. מסה Exod. VII. 17. Hoph. מרה Exod. XXV. 40.

3. Imperativi in ה. e.g. in Kal. גלה Ezech. XII. 3. Hiph. העלה Ez. XXIII. 46. &c. 4. Infinitivi in ה & ו rarius, frequentius & ante suffixa semper in ה e.g. in Kal. עשו Jer. VII. 5. עשה Esth. IX. 18. גורו Jud. XIX. 30. Niph. הגורו Ez. XXI. 29. Pih. גורו Levit. XIX. 17. Pyal. עורו Ps. CXXXII. 1. Hiph. הגורו Jer. XXIV. 1. Hithp. התגורו Prov. XII. 2.

Participium Paul. ה in ו mutat. ut גלה Dep. III. 14.

Demonstratio.

C onstat ex §. IV. S. I. quod literæ quiescentes ordinarie ante se requirant vocalem homogeneam aut affinem, sub qua latitent: quare etiam ה in fine hic quiescens (ut docetur l.c.) easdem postulat. Cum autem ה ratione organi sit Gutturalis, quæ labia maxime aperit (v.c. S. I. §. II. n. 15.) vocales ejus cognatæ erunt A & E (in C. I. S. II. §. III.) quippe quæ labia etiam præ reliquis vocalibus extendunt. Quia vero earum exiguus est numerus, ipsæ non in uno Conjugationum Tempore consumi debent, sed ita sunt distribuendæ, ut melioris differentię gratia tempus a tempore per certam vocalem secerni queat. Hinc omnia Præ-

Præterita in unâ exeunt vocalem, omniaque Futura in unam, omnesq;
 Imperativi &c. Ratio autem quod Præteritis præcipue competat (τ)
 vocalis maxime homogenea, ad analogiam verborum regulariam po-
 tissimum factum esse autumamus, quippe in quibus pleraque Præteri-
 ta in A per() exeunt. Ut Kal. Niph. Pual Hoph. Quod vero (-) ipsum
 non retineatur, fluit ex *S. IV. R. IV.* nempe ad compensandam moram,
 quæ, cessante גְּהּ pronunciatione, perit. Futura, Imp. & Partic. ob e-
 andem rationem assumunt (E), quia in singulis pleræque conjugationes,
 respectu aliarum terminationum consideratæ, in hoc sono terminan-
 tur. Imperativi quidem in primis assumunt (..) quia omnes, excepto
 Kal, hanc vocalem in ultima Syllaba gerunt. Futt. vero & Partic. acci-
 piunt (·) quippe in quo, licet brevi, הּ etiam quiescere potest, [uti in *G.*
I. S. IV. R. III. 2. ex Munst. observavimus], quia Accentus deficientem
 moram satis superque compensat. (*v. c. l. S. III R. III. & S. IV. §. 2.*) Par-
 ticipio autem Kal. (& ad ejus analogiam etiam reliquis) loco (..) potissi-
 mum (·) attributum esse autumat *R. E. Lev. (in sepe cit. ספר הכהן חורר)*
Orat. II. Fund. X. 3. ad different. verb. quiesc. אָ, quæ (..) habent in
 Partic. Kal, Punctis igitur cognatis, in quibus הּ (*jx. C. I. S. I. §. IV.*) com-
 muniter quiescere solet, in certa tempora divisis, Infinitivus assumere
 debet vocalem minus cognatam, nempe י, ordinarium Inf. Kal pun-
 ctum. Nam quanquam י ad naturam אָ, ceu Gutturalis, in *pronunci-*
andi modo parum accedat (*jx. C. I. S. II. §. III. circ. f.*) attamen אָ (τ) vo-
 cali maxime homogenea Gutturalium, in sono est affinis, ideoque cum
 ipsa permutari potest; (*jx. R. III. S. II. C. I.*) præsertim urgente necessitate,
 uti hoc in loco, ubi commodior vocalis amplius non restat. Cæterum,
 hæc forma, in qua הּ sub י quiescat, etiam occurrit rarius, & ob defe-
 ctum, quia vocales sese non amplius accommodare possunt literis, li-
 teræ sese accommodant vocalibus. Hinc הּ litera quiescens, mo-
 re consueto, mutatur cum alia litera quiescente, (*jx. Regul. II. Sect.*
I. Cap. I.) & quidem in primis cum י, ceu conson. אָ cholem cognata (*v.*
Cap. I. Sect. II. §. III. circa finem.) & quæ in ipso cholem commode quie-
 scere potest (*v. C. I. S. I. §. IV. 4.*) Et hæc est altera forma Infinitivorum
 quæ exit in י. Verum & hæc forma adhuc obnoxia est quibusdam diffi-
 cultatibus. Pleraque enim suffixa (e.g. יִי, יִי, יִי &c.) ipsi adjungi ne-
 queunt, ob κατωφονίαν collisarum vocalium, quæ exinde provenit, ad
 quam impediendam, tandem in fine assumitur consonans paragogica
 Infinitivis propria, quæ est הּ, ad analog. verbb. פִּי & פִּנּוּ (*v. C. I. S. I. §. VII.*)
 quæ tandem forma commodior est reliquis duabus, quare etiam fre-
 quentius occurrit, & quidem ante u. suffixa perpetuo. Hanc infinitivi for-
 matio-

C

matio-

mutationem pauci habent, approbat tamen eam *R. E. Lev. c. l. §. 5. ut & Buxt. in Tb. Gr. c. 49. in Inf.* sed nullis additis probationibus, quæ tamen dari possunt facillime. Nam (1.) ¶ In finitivorum in hisce verbis æque ac in quiescentibus Vau, nunquam ob suffixa sentit mutationem, (*Observ. Wasm. R. 48. M. IV. lit. β.*) aliis verbis perpetuam: quare hoc ¶ pari modo, ut in verbis Ajin Vau, erit impurum, quippe quod non mutatur, (*v. c. I. S. IV. R. VI.*) Sed quomodo erit impurum, nisi sit ¶ quiescens & alternans pro ¶? (2.) etiam nunquam, ablato per Maccaph tono, mutatur, sed sustentatur Metego, (*obs. Danziop. 159.*) ob eand. rat. (3.) vix aut ne vix quidem ¶ in hisce Infinitivis deprehendes abjectum, quod alias, uti notum est, abjicitur plerumque. Ratio vero est, quia hic non fulcrum, sed literam Rad. repræsentat.

In Participio Paul, quod desinit in ¶, ¶ (*jx. C. I. S. I. R. II.*) mutatur cum alia quiesc. nempe cum ¶ quia ¶ in schurek, tanquam in vocali maxime heterogenea, commode quiescere nequit (*v. C. I. S. I. §. IV. & S. II. §. III.*)

§. II. Excipiunt Grammatici ad unum ferme omnes, quod Futura & Partic. interdum etiam specialiter exeant in (..). Verum hæc exceptio, uti aliæ plurimæ, nihil speciale in se continet, si ipsam ad universalia nostra principia examinaueris. e.g. *Jer. 17. v. 17* (..) adest ob nostram *Hyp. I.* quam (*v. C. I. S. IV. §. II.*) quia alias ultima syllaba tono per Maccaph ablato, duas saltem numeraret in oras, contra approbatiss. *R. II. S. III. it. Lev. 18. 7. & c.* ubi major Accentus (·) (·) mutat in (·) (*jx. R. V. S. IV. C. I.*) quæ vox cum Athnacho octo vicibus ibi repetitur. It. in Part. *Jes. 55. 4.* hic causa est status constructus, qui ad differentiam absoluti (·) semper in (·) mutat. De cæteris exemplis eadem est ratio. Ut taceam quod multa falso allegentur, & Codices variant.

Sect. II. De Anom. voce a fine crescente.

§. I. Voce a fine crescente, tertia Rad. ¶ non schvanda (1.) simplic. abjicitur cum præcedaneo puncto, ut *Ez. 39. v. 23.* Niph. *גְּלָרָהּ* pro *גְּלָרָהּ* & c. Ratio est, quia ¶ in medio amplius quiescere nequit, (*jx. §. IV. S. I. C. I.*) (2.) aut interdum mutatur in literam cognatam אׁי, quæ postmodum moventur. E.g. in (·) *Devt. 32. 37.* pro *חֲסִידָי* in (·) *כַּמְשִׁחַי* & c. ob *R. II. S. I. C. I.* (3.) transit in ת, in 3. perf. sing. pratt. e.g. *Thren. 1. c. 3.* pro *גְּלָרָהּ*: ordinarie enim ¶ Radicale, uti mox ostensum est, abjici deberet, ut esset *גְּלָרָהּ*; sed quia 3 F. ita confunderetur cum 3 M, ¶ mut. in ת ceu literam F. G. (*jx. §. VI. S. I. C. I.*) quo genus eo melius indicetur. Eadem ferme est ratio, quando ¶ Affirm. F. G. in ת mutatur, e.g. *Lev. 27. 21.* *עֲשֵׂה* pro *עֲשֵׂה* & hoc pro *עֲשֵׂה* np. itidem ad differentiam Masc. in locum ¶ succedit altera F. G. litera

juxta

(jx. C.I.S.I.R.III.) Non autem valet ratio Buxt. & Schik. qui ה in ת mutari credunt, ne duæ concurrant aspirationes, pronuntiatiu difficiles: nequaquam enim concurrunt, quia ה ult. quiescit.

§.II. Tertia ה schvanda in (י) mutatur, quod in Præt. Kal. in (·), in cæteris potissimum in (·), in Fut. vero ac Imper. in [·] quiescit e.g. צָרִית Ezech. 12. 3. pro צָרִית, in Niph. נִצְרִית pro נִצְרִית; in Pih. צָרִית Ps. VII. 7. in Fut. תִּצְרִית pro תִּצְרִית, 2. Reg. 22. 20. in Imper. תִּצְרִית Cant. III. II.

Demonstratio.

¶ iterum, quia in medio amplius quiescere nequit, cum alia permutat quiescente, np. cum (י), quod suas vocales cognatas (·, ·, ·,) jx §.III. S.III. Cap. I. affumit, in quib9 quiescat, & quidē ad meliorem Temporum differentiam · & · in Præt; in Fut. autem, & qui ab ipsis veniunt, Impp. (·)

Sectio III. de Anomalia ob præfix. ו & partic. אל.

§.I. Tertia ה in Fut. a fine non crescentibus, ob ו convers. & particul. אל abjicitur. Et quidem in Conjugationibus, ubi prima Radicalis habet vocalem, sine ulteriori mutatione; ubi vero prima est schvata, (·) amplius mutatur in (·) aut (-), (nisi quod ante ברטכפקת etiam maneat,) & Præformativæ aut suum punctum retinent, aut cognatum accipiunt.

Omnes Grammatici hic quidem recte statuunt Apocopen פה, sed rationem addunt nulli, quæ tamen ex ipsius causa, np. ו convers. & partic. אל, reddi potest facile. Vau enim convers. & אל (jx. §. VII. S. I. C. I.) tonum in penultimam retrahunt; tono autem in hisce Fut. retracto, ultima syllaba duas saltem haberet moras, contra firmisimam R. II. S. III. C. I. Quare (·) in syllaba sibi non competente existens, & accentu carens, in (·) mutatur; jx. Hyp. I. S. IV. C. I.) ה autem sub (:), tanquam puncto Gutturalibus maxime heterogeneo, latitare nequit; quapropter omnino per Apocopen auferri potest; Schva vero sub ultima postmodum existens litera, more consveto, non exprimitur. e.g. וְתִגְלוּהוּ Jer. 47. 3. pro וְתִגְלוּהוּ & hoc pro וְתִגְלוּהוּ Sægol itaq; sub secunda Radicali in (·) mutato, & ה id propter pereunte, si vox commode pronuntiari potest, nullam sentit ulteriorem mutationem, quia nulla amplius adest causa. Semper autem pronuntiari poterit quam commodissime, 1) si prima Radicalis perfectam habuerit vocalem, quæ semper aderit in Fut. Niph. Piel Hithpael: ut in Niph. וְתִגְלוּהוּ Jer. XX. 7. Hithp. וְתִגְלוּהוּ Gen. IX. 21. & c. Imo 2. commode etiam pronuntiari nonnunquam potest, prima radicali schvata, quoties np. 2 da fuerit ex ברטכפקת: hæ enim literæ omnes sunt Mut. e (v. Buxt. p. m. 8) h. e. obtuse sonant, ideoq; cum alia consonante facile pronuntiari possunt, ut: וְתִגְלוּהוּ pro וְתִגְלוּהוּ Num. 21. 1. וְתִגְלוּהוּ Ps. 72. 8. E contrario autem

tē, quando vox cum Ima & secunda litera commode pronunciari nequit, prius (:) in perfectam mutatur vocalem. (jx. Reg. IV. S. IV.) & quidem h.l.in(·) ad indicandam forsitan posterioris(:) originē, cum prius nullam habeat; (v. Hyp. III. S. IV.) verum pro (·) Gutturalis assumit vocalem homogēneam (-) (jx. R. I. S. II.) Semper autem aderit pronunciatio difficilior, 1) si posterior litera schvata non fuerit *Muta*, sed *Semivocalis* e. g. ex וַיִּגְדֹּל fieri deberet וַיִּגְדֹּל; verum וַיִּגְדֹּל cum ו, ceu semivocali simul efferi non poterit, nisi (:) sub ו, vocalis instar, legeris, quod tamen, cum sit quiescens, plane moveri nequit: quare (:) prius mutatur in (·), ut sit וַיִּגְדֹּל. Ita & וַיִּזְרַח pro וַיִּזְרַח, ubi -: obeandē rationem in perfectā mutatur vocalem, Gutturali homogēneam, s. ob subsequens(:) conciditur. (2.) Difficilis etiam erit pronunciatio, si ultima quidem fuerit *Muta*, præcedens autem litera fuerit nimis heterogēnea, qualis est Gutturalis, aut æmula ו ante labialem, quarum ista labiorum aperturam, hæc compressionem, uno halitu præstandas, non sine difficultate postulat, ut in וַיִּרְרֶה; quare prius (:) itidem in Sægol mutatur, ut fiat וַיִּרְרֶה Ex. IV. 26. In hisce autem Fut. ubi (:) sub Ima Radicali perit, Præformativarum (:), ob istud permutatum antea, redire deberet; verum Præformativarum vocalis ab accentu ad ipsam retracto, sustentatur; aut si in (:) mutetur, propter ipsam accentum, qui in (:) subsistere nequit, illico iterum elevatur in vocales, Præformativis & priori vocali homogēneas, scil. in (·) in Kal. &c. (·) in Hiph. ut conjugationes distinguantur, utrobique tamen ante Gutturales adest etiam vocalis homogēnea (-). Regg. & rationes, quia sæpius adfuerunt, nolumus citando repetere.

§. II. Apocope in Fut. interdum instituitur sine Vau conv. atque Part. וַיִּזְרַח; ut & in Imperativis. ut: וַיִּזְרַח Gen. I. 22. וַיִּזְרַח Pf. 119. 18.

Plerumque hanc Apocopen sine Vau convers. deprehendimus in verbis communioris usus, e. g. in וַיִּזְרַח & וַיִּזְרַח &c. ut ita cum Buxt. in *Tb. G. p. 271.* credam, id factum esse ob frequentiore usum & faciliorem pronunciationem. Infinitivi autem ad Analogiam Imperativorum, quia ab ipsis descendunt, Apocopen nonnunquam imitantur.

§. III. Apocope ista interdum reperitur neglecta, ut וַיִּזְרַח Jos. 19. 50. Quoties sc. Vau conversivum tonum non retraxit: quare cessante causa effectus etiam cessare debuit. Et comprobant hæc exempla sententiam nostram, quod Apocope ista ob retractum tonum instituatur.

§. IV. Addere adhuc debuissimus demonstrationem Anomaliorum Specialium, sed spatio temporis & chartæ exclusi, Tibi B L. ipsas ad principia nostra examinandas relinquimus.

COROLL.

- I.) Conditiones, quas ad tonum, ob ו conv. & ו retraindum, Vasm. Reg. X. II 2. statuit, non sunt universales.
- II) Vocales impuræ natura sua immutabiles non sunt.
- III) Accentibus Hebr. æqua potestas competit, ac vocalibus præsentibus.

* * *





HB 153747

X 2286278

12

Hay 92/6 Jan





B.I.G.

Farbkarte #13

כ"ט
הפעלים
של מריהם

i. e.

VERBIS

Æ Η QVIE-
ENTIS,

Quorum

scientifice demonstratam,

Fac. Philosoph. consensu,

Eruditorum exāmini

Sub

PRÆSIDIO

CHRISTOPH. BLOSSII,

Rud. Thur,

exhibet

A.&R.

HOR. EBERHARD,

Sax. SS. Th. Stud.

X Octobr. MDCIC.

H. L. Q. C.

L I P S I Æ,
ZEIDLERIANIS.

6

